

THE WORKS OF
AUSONIUS

Edited with Introduction and Commentary
by

R. P. H. GREEN

CLARENDON PRESS · OXFORD

1991

SIGLA CODICUM

A	Brussels 10703/5
B	Brussels 5369/73
C	Padua, Capit. C. 64
D	Cambridge, Kk. v. 34
E	Paris, Lat. 18275
F	London, Brit. Lib. Harl. 2578
G	Sankt-Gallen 899
H	London, Brit. Lib. Harl. 2613
I	Wolfenbüttel, Helmst. 332
J	Darmstadt 3301
K	London, Brit. Lib. King's 31
L	Florence, Laur. LI. 13
M	Florence, Naz. Conv. Sopp. J. 6. 29
N	Paris, Lat. 7558
O	Paris, Lat. 2772
P	Paris, Lat. 8500
Q	Leiden, Voss. Lat. Q. 33
R	Zurich 62
S	Paris, Lat. 2122
T	Leiden, Voss. Lat. Q. 107
U	Vatican, Reg. Lat. 1283
V	Leiden, Voss. Lat. F. 111
W	Paris, Lat. 4887
X	Vatican, Reg. Lat. 1650
Y	Paris, Lat. 17177
Z	— CKMT (CKT, CKLT)
a	Wolfenbüttel, Gud. Lat. 145
b	London, Brit. Lib. Royal 15. B. XIX
d	Trier 1093/1694
s	<i>vide</i> pp. 55, 356
v	<i>vide</i> pp. 55, 356
λ	<i>vide</i> p. 436
x	<i>vide</i> p. 559

4

Delicium, blanditiae, ludus, amor, voluptas,
barbara, sed quae Latias vincis alumna pupas,
Bissula, nomen tenerae rusticulum puellae,
horridulum non solitis sed domino venustum.

5

Bissula nec ceris nec fucō imitabilis ullo
naturale decus fictae non commodat arti.
sandyx et cerusa, alias simulate puellas;
temperiem hanc vultus nescit manus. ergo age, pictor,
puniceas confunde rosas et lilia misce,
quique erit ex illis color aeris, ipse sit oris.

6

Pingere si nostram, pictor, meditaris alumnam,
aemula Cecropias ars imitetur apes.

XVIII. CENTO NUPTIALIS

Ausonius Paulo sal.

Perlege hoc etiam, si operae est, frivolum et nullius pretii opusculum,
quod nec labor excudit nec cura limavit, sine ingenii acumine et morae
maturitate. centonem vocant qui primi hac concinnatione luserunt.
solae memoriae negotium sparsa colligere et integrare lacerata, quod
ridere magis quam laudare possis. pro quo, si per Sigillaria in auctione
veniret, neque Afranius naucum daret neque ciccum suum Plautus
offerret. piget equidem Vergilianum carminis dignitatem tam ioculari

4 De eadem Bissula laudans eam *CT^{ms}, om KM* 1 blandite *C^m, blandie C^mK,*
blandiee *M, blande T* amor voluptas *CKM, amor atque voluptas T* 3 tenerae *ed. Par.*
1513. terrae *codd.*

5 de bissule imagine ad pictorem *C,* ad pictorem de bissule imagine *KMT* 1 nec
(ceris) *CKT, ne M* 3 sandyx *C, sandux KT, sandus M* simulate *CKM, atimulate T*

6 *om. M* Ad pictorem de Bissula pingenda *CKT* 1 Pingere *CT, Fingere K*
xvii *Z = (CKLT)* 5 per *om. T* 6 naucum *Salmasius, nauci codd.* neque ciccum
Sch., nec citum (cicum L) CKL, neque cacum T 7 equidem *CKL, enim T*

dehonestasse materia. sed quid facerem? iussum erat, quodque est
potentissimum imperandi genus, rogabat qui iubere poterat. imperator
Valentinianus, vir meo iudicio eruditus, nuptias quondam eiusmodi
ludo descripserat, aptis equidem versibus et compositione festiva.
experiri deinde volens quantum nostra contentione praecelleret, simile
nos de eodem concinnare praecipit. quam scrupulosum hoc mihi fuerit
intellege. neque anteferri volebam neque posthaberi, cum aliorum
quoque iudicio detegenda esset adulatio inepta, si cederem, insolentia,
si ut aemulus eminerem. suscepti igitur similis recusanti feliciterque et
obnoxius gratiam tenui nec victor offendi. hoc tum die uno et addita
lucubratione properatum modo inter liturarios meos cum repperissem,
tanta mihi candoris tui et amoris fiducia est ut severitati tuae nec
ridenda subtraherem. accipe igitur opusculum de inconexis con-
tinuum, de diversis unum, de seriis ludicrum, de alieno nostrum, ne in
sacris et fabulis aut Thyonianum mireris aut Virbium, illum de
Dionysio, hunc de Hippolyto reformatum.

et si pateris ut doceam docendus ipse, cento quid sit absolvam. variis
de locis sensibusque diversis quaedam carminis structura solidatur, in
unum versum ut coeant aut caesi duo aut unus (et unus) sequenti cum
medio. nam duos iunctim locare ineptum est et tres una serie merae
nugae. diffinduntur autem per caesuras omnes, quas recipit versus
heroicus, convenire ut possit aut penthemimeres cum reliquo anapaes-
tico aut trochaice cum posteriore segmento aut septem semipedes cum
anapaestico chorico aut • • post dactylum atque semipedem quicquid
restat hexametro, simile ut dicas ludicro, quod Graeci *στομάχιον*
vocavere. ossicula ea sunt: ad summam quattuordecim figuras geome-
tricas habent. sunt enim quadrilatera vel triquetra extentis lineis aut
(eiusdem) frontis, (vel aequicruria vel aequilatera, vel rectis) angulis
vel obliquis: isoscele ipsi vel isopleura vocant, orthogonia quoque et

8-9 est potentissimum *CT, potentissimum est K, potentissimum L* 9 s. ante imperator *T*
10 suscepti *CLT, suscipe K* 17 tum die *Mommsen, tu me codd.* et *om. C* 18 reperis-
sem *CKL, comperissem T* 21 de (diversis) *ed. Med. 1490, sed Z* nostrum *CT, meum K ut*
vid. I. 22 et *CKL, aut T* Thyonianum *CLT, Thaeonianum K* 23 dioniso *C, dioni-*
sio *KL T (dy- T)* 25 structura *LT, strictura CK* 26 unum versum *CLT, buum ver-*
sum *A, unum L. Mueller* et unus *add. ego* sequenti *ego, sequens CT, sesque K, sexque L*
medius *post sequens add. Mommsen* 27 tres *ed. Med. 1490, res codd.* 28 diffinduntur
CLT, difunduntur K 29 penthemimeres *KL, penthemimeres CT* 31 *lac. post* aut *Birt,*
ponatur *add. Peip., sequatur Prete, post bucolicon ponatur aut Koster* 32 stomachion *CT,*
ostomachion *A, estomachion L, ὀστομαχίον Lugd., στομαχίον Scal.* 33 vocavere *KT, vocave-*
runt *CL.* 34 quadrilatera vel *ego, aequilatera vel codd., aequaliter Peip.* 35 eiusdem
add. Peip. frontis *codd., rectis Avant.* vel aequicruria vel aequilatera vel rectis *add. ego*
36 isoscele *ed. pr., i soscele C, id est sostele (-cele L) KL, isochele T* ipsi *del. Scal.* isopleura
Ug., sopleura codd. vocant *del. Scal.* orthogonia *CLK, orthogona T* et *codd., vel Scal.*

scalena. harum verticularum variis coagmentis simulantur species
 mille formarum: elephantus belua aut aper bestia, anser volans et
 mirmillo in armis, subsidens venator et latrans canis, quin et turris et
 40 cantharus et alia eiusmodi innumerabilium figurarum, quae alius alio
 scientius variegant. sed peritorum concinnatio miraculum est, imperi-
 torum iunctura ridiculum. quo praedicto scies quod ego posteriorem
 imitatus sum. hoc ergo centonis opusculum ut ille ludus tractatur, pari
 modo sensus diversi ut congruant, adoptiva quae sunt ut cognata
 45 videantur, aliena ne interluceant, arcessita ne vim redarguant, densa ne
 supra modum protuberent, hiulca ne pateant. quae si omnia ita tibi
 videbuntur ut praeceptum est, dices me composuisse centonem et,
 quia sub imperatore tum merui, procedere mihi inter frequentes
 stipendium iubebis; sin aliter, aere dirutum facies, ut cumulo carminis
 50 in fiscum suum redacto redeant versus unde venerunt. vale.

Praefatio

Accipite haec animis laetasque advertite mentes,
 ambo animis, ambo insignes praestantibus armis,
 ambo florentes, genus insuperabile bello:
 tuque prior (nam te maioribus ire per altum
 auspiciis manifesta fides), quo iustior alter
 5 nec pietate fuit nec bello maior et armis,
 tuque puerque tuus, magnae spes altera Romae,
 flos veterum virtusque virum, mea maxima cura,
 nomine avum referens, animo manibusque parentem.
 non iniussa cano. sua cuique exorsa laborem
 10 fortunamque ferent; mihi iussa capessere fas est.

Cena Nuptialis

Expectata dies aderat dignisque hymenaeis
 matres atque viri, iuvenes ante ora parentum
 conveniunt stratoque super discumbitur ostro.
 dant famuli manibus lymphas onerantque canistris
 15

39 turris *CLT*, turturis *K*
codd., posteriores *Toll.*

ne (supra) *CLT*, nec *K*
 perat metum *codd.* (mecum *K*)

1 haec *CLT*, hoc *K*

40 eiusmodi *CK*, huiusmodi *LT* ut *vid.*

45 aliena *Avant.*, alienum *codd.* interluceant *CL*, interluceat *KT*

48 imperatore tum *Reeve*, imperatore meo tum *ed. Lugd. 1548*, im-

49 iubebis *CLT*, videbis *K* aliter *LT*, autem *CK*

15 famuli manibus *Z*, manibus famuli *CR* (m. famulae *MP*)